



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,  
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnium Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

**Nádasi, János**

**Coloniae Ubiorum, 1667**

10 Aprilis. 4 Idus April.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53527)

*omnia, non meo, sed tuo arbitratu, sine  
radio, cum amore!*

10 Aprilis. 4 Idus April.

**S**ancte Macari, ad Christi sepulchrum peregrine, qui ad ossa uel que laceratus, tribusque clavis pavimento affixus, ignito super peccatus saxo imposito, ab Angelis ad-  
jutus es, & deinceps mira per orbem late patrans, in Flandriam tandem victimam tui grassanti dedisti, ac prodigiis cælestibus, post mortem etiam, clarus, non nisi indicatam MARIÆ cryptam condidisti. Eja age, ut ita me Angeli, ita tu, ita MARIA, ita Deus hic peregrinum juvent, ut ab animi peste omnium sim semper immunis; & sanus, ac æger, Dei semper sim victima, simque etiam moriens vivum holocaustum Deo. Amen.

Domine Jesu, cujus *Coronæ spirituale* festum hodie in Hispaniam celebratur, miserere mei illo modo, qui tibi maxime gloriosus, & mihi maxime necessarius est.

S. Notgere Episc. qui, famis tempore, annonam à cælo impetrasti.

S. Ezechiel Propheta Martyr.

Omnes

Omnes sancti Romani Martyres, ligatis ad colla lapidibus mari merfi.

Sancti Apolloni, & alii quinque Martyres, in mare demerfi.

Sancti Terenti, Africane, Pompei, & Maxime, MM. qui in idola insufflatis, & ea, signo Crucis edito, confregistis, ac in pulverem redigestis: quos fame ac tormentis in carcere cruciatis Angelus invisit, & dixit: Servi Dei Altissimi, surgite; & corpora vestra curate: quiescite, & cibum capite, quem vobis Christus misit; & cadente Angeli operâ ferro, liberi mensæ, benè divinitus instructæ, assedistis, refecti, atque à custodibus, in splendore miro gaudentes, inventi. postridie verò unguis cruciati, tormenta nil sensistis; postea nec à feris, in vos incitatis, læsi, conspecto à custodibus Angelo illas arcente, tandem gladio plexi estis. Impetrate mihi fortes animos contra omnia, quæ me à Christo tentant avellere.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, cui hodie mortuus, Gregorius XIII, tuus Pontifex, rosam auream dono misit (ut Regina)

X Laure-

Lauretum, qua Dominicâ Lactari  
consecratur. Tu sis Regina cordis mei  
tibi confesco latitiam meam omnem  
tibi dono, qua ago, omnia. Tu offer Deo  
illa, & me!

S. MARIA, qua Sancto tuo Fulber-  
to, agro ac sitienti, lac è purissimis tua  
uberibus propinâsti. Non sum dignus  
his deliciis tuis: sed fac me tu dignum  
ut non excidam ab æternis!

S. MARIA, ad quam in Eremita  
Helvetia visendam repens Anna puel-  
la incurvis pedibus, & contractis ner-  
vis ab infantiâ miserabilis, in ipso ad-  
itinere, hoc die, anno 1580, persanctus  
est ab obvio viro, candidis vestibus  
spectabili, & paulò post evanescente,  
postquam ei auctor fuit, ut iter ad te  
prosequeretur, Deum coleret, sacra-  
lubens adesset: ita Deum, ita te De-  
Matrem illi fore propitiam. Sana me  
Domina: tolle omnia, qua me sive in  
corpore, sive in animâ impediunt, quæ  
minùs ita te colam, uti par est. Perfice  
gressus meos in semitis Dei, ô Mater  
Dei!

II Aprilis. 3 Idus April.

SANCTE Guthlaee, è milite Eremi-  
ta, quo nascituro, natalis tua  
domûs portam manus rubra & ful-  
gens